epistolam fertur apl's ad hebreos ꝓscriptam hebraica lingua misisse. Cuius seusum et ordinē retinēs lucas euangelista post excessum beati pauli apl'i greco sermone ꝓposuit. Tādem Piero. ad paulinū lucā ita extollit. ait inquit apl'oꝝ nudā quidē videret sonare historiam et nascentis ecclesie infantiaꝝ texere. Sz si nouerimus scriptorē eoꝝ lucā esse medicū: cuius laus est in euangelio animaduertimus ꝑter oīa verba illius aīe languentis esse medicinā. Et in ꝓlogo Actuū apl'oꝝ ita Piero. sequit. lucam ita diuina subsecuta est gra vt non solū corporib̄ sed etiā aīab̄ eius ꝓficeret medicina. Salutat ergo lucas fideles et credentes in xp̄m. i. eternā illis oīb̄ salutē exoptat quos instruit et monet doctrina et exēplo euangelio scripto vt dōm iesum verbis z factis ꝓfiteanť: qui a mortuis resurgens videntib̄ post discipulis ascendit in celum vbi cū suis angelis scīs ac beatissimo luca viuit et regnat in secula seculoꝝ. Amen.

Sermo quinquagesimusquartus de beato Laurentio martyre qui ꝓbatus a deo triplici igne inuentus est sine iniquitate.

Igne me examinasti z nō est inuenta in me iniquitas. Scribunť hec verba. ps. xvi.

Satis superqꝫ pia est passio beati Laurentij que ab ecclesia cū grandi veneratōe celebrať: nam inter martyres facit ipm singulare in ieiunio qꝛ in vigilia eius statuit ieiunandū: in officio adhuc ipm honorat dum ꝑ octauam de ipo laurentio: sicut z de stephano singulis canonicis horis eius memoriaꝝ facit festūqꝫ illius solenniter obseruanduꝝ ac sanctificandum cunctis fidelib̄ sub p̄cepto iubet. Propterea in matutinis legitur sermo venustissimus beati Augustini qui ait. Cum oēs beatos martyres quos nobis tradidit antiquitas honorificentia digna veneremur: p̄cipue tū beatū laurentiū martirē debemus tota devotione suscipe. hec ille. Merito itaqꝫ hodierna die huius martyris laudib̄ est incumbendū: vt sic valeant efficacius ad illius reuerentiam corda fideliū inflāmari. Quapropter de ipo verba facturi de illius examinatione z ꝓbatōe facta ꝑ ignē dicemus. nam introducitur quasi ad deū loquens laurentius gloriosus in verbis p̄missis in themate in q̄bus triplicē ignē ꝓbatōis z examinatōis sue distinguemus ostendentes q̄ non fuit in illo inuenta iniq̄tas qui se totū ardentissime obtulit saluatori nr̄o iesu xp̄o. patiens quecūqꝫ dura z seuissima illata sibi supplicia.

¶ Primus ignis dicitur diuine dilectōis.
¶ Scōs ignis primalis miseratōis
¶ Tercius ignis tyrannice ꝑsecutōnis.

¶ Qualiter btūs laurentius examinatus fuit igne diuini amoris: et de ꝑfectōe diuine dilectōnis z magnitudine illius p̄cepti: atqꝫ de inductiuis ad amorē dei. ¶ Capitulum. i.

Primus ignis in quo examinatus est et ꝓbatus inuentus est absqꝫ defectu iniq̄tatis btūs laurentius dicit diuine dilectōis: amor enī dei ignis est de q̄ dicebat xp̄s. Luce. xij. c. Ignē veni mittere in terrā: et quid volo nisi vt ardeat. Et de isto mystice dixit deus Leuit. vi. c. Ignis in altari meo sp̄ ardebit: hic ignis amor dei intelligit: qui iugiter ardere debet in altari. i. in aīa: que aīa alta est eo q̄ ad imaginē z dei similitudinem creata. Altare quippe quasi alta res interp̄tatur: duꝝ ergo ignis diuini amoris in aīa est succensus facit tpalia cūcta ꝓtēnere z deū summū bonū diligere sup̄ oīa vitāqꝫ p̄ītem omni piculo mortis libenter exponere: sic factuꝝ legimus in beato laurentio vt videbit in sequentib̄ qui nec tormenta timuit nec mortē acerbissimā horruit: de quo sic inquit Ambro. in sermone huius diei. fortissimū martyrē seuissima ꝑsecutoris flāma supare nō potuit qꝛ longe ardentius veritatis radijs mens eius accēsa feruebat. Sz hoc loco cū loquamur de dilectione dei tria erūt dubia soluenda.

¶ Primū vtrū possit aliqua creatura deū perfecte et totaliter diligere.
¶ Scōm quare ꝓceptū de dilectōne dei dicitur primū et maximū.
¶ Terciū que sunt illa que incitant nos vt diligamus sup̄ omnia deum.

¶ Ad primū dubiū rn̄det tho. ka. fe. q. xxiiij q̄ ꝑfectio dilectōnis p̄t dupliciter intelligi. Uno modo ex p̄te diligibilis: alio modo ex p̄te diligentis. Ex parte diligibilis ꝑfecta est dilectio: cū aliquid diligitur quantū diligibile est: deus aūt tantū diligibilis est quantū est bonus: bonitas aūt eius est infinita vn̄ infinite diligibilis est: nulla aūt creatura p̄t eū diligere infinite cū quelibet virtus creata sit finita. vn̄ ꝑ hunc modū nulla creatura p̄t deum ꝑfecte z totaliter diligere. Scōo ꝑfectio dilectōnis p̄t ꝓsiderari ex p̄te diligentis: et sic dicitur esse ꝑfecta qn̄ aliquis ꝓm totuꝝ suum posse diligit: qd̄ quidē ꝓtingit in dilectōe dei tripliciter. Uno modo sic q̄ totum cor hois actualiter semp̄ feratur in deū. et hec est perfectio dilectōis prime que non est possibilis in hac vita in qua impossibile est ꝓpter hamane ꝓditōnis infirmitatē sp̄ actu cogitare de deo

et moueri dilectõe ad ipm. Scdo ꝓtingit vt
hõ fm suũ posse diligat deũ: ita vt omne suum
studiũ deputet ad vacandũ deo ⁊ rebus diui
nis ꝑtermissis alijs nisi quantũ necessitas vi
te pnti requirit: et ista est pfectio dilectõnis:
que est possibilis in via nõ tñ est cõis omnib⁹
nec oẽs obligant ad illã. Tercio cõtingit vt
hõ fm suũ posse diligat deũ sic q̃ habitualiter aliquis cor suũ ponat in deo: ita scz q̃ nihil cogitet vel velit qd̃ sit diuine dilectõi contrariũ ⁊ hec est pfectio cõis omnib⁹ possibilis ad quã oẽs tenent. Ex his ꝓcludimus cum dño Bonauẽ. in. iij. di. xxvij. Q̃ pfectio charitatis ⁊ dilectõis diuine que in hac pnti vita ex pte hoim diligentiũ deũ exigit tñ vt excludat oẽm affectũ ꝓtrariũ non aũt oẽm affectum extraneũ. ¶ Scdm dubiũ fuit quare preceptũ de dilectõe dei dicit primũ ⁊ maximũ: sicut dixit xps Math. xxij. c. Ad qd̃ respondemus q̃ hoc est multiplici rõe. Prima qr dilectio dei est vita aie. vñ Deutro. iij. c. dicitur. Elige tibi vitã vt tu viuas et semẽ tuũ diligas dñm deũ tuũ. Et Joh. i. Canonica. c. iij. Qui nõ diligit manet in morte. et Apocalip. iij. c. ꝛ de illo qui sine dei dilectõe putat se viuere hñs virtutes alias: nomẽ habes q̃ viuas ⁊ mortuus es. Scda rõ est qr oẽs virtutes absq̃ amore dei sunt impfecte: nec ꝑt aliquis sine dei amore simpliciter virtuosus teneri: ideo apls ad Roma. xiij. dixit. plenitudo legis est dilectio. Et grego. in omelia inquit. nõ habet aliq̃d virditatis ramus boni opis si non manserit in radice charitatis. Tercia rõ est qr dilectio dei dum est in corde rõnalis creature facit eã pmptã fortẽ ⁊ expeditissimã ad q̃cunq̃ ardua ⁊ difficillima tolerandã. ideo Grego. in Omelia ait. Amor dei nunq̃ est ociosus: opatur enim magna si est. si aũt opari negligit amor nõ est. Et Hiero. ad eustochiũ ita scribit. Amemus christũ ⁊ eius sp q̃ramus amplexus: et facile videbit omne difficile breuiaq̃ putabim⁹ vniuersa q̃ lõga sunt: et iaculo illius vulnerati p horaꝝ momenta dicem⁹. heu mihi qr incolatus meus plongatus est. Quarta rõ est qr dilectio dei magis vnit aiam cũ deo q̃ quelibet alia virtus. Vñ apls. i. ad Corinth. vi. c. dicit. Qui adheret deo vnus spũs est cũ deo. et Hugo in li. de arra spõ. dicit. Scio aia mea q̃ dum aliũ diligis in eius similitudinẽ transformaris Et Aug⁹ sup Johannem inquit. Talis est vnusquisq̃ q̃lis est dilectio sua: si deũ diligis deus es: si hoiem hõ: si terrã terra Quinta rõ qr dilectio dei magis letificat ⁊ delectat aiam q̃ quecũq̃ virtus. Et vt inq̃t apls ad Ro. viij. c. Diligentib⁹ deũ oia cooperantur in bonum: qr in psperitate ⁊ aduersitate sp sunt in leticia. ideo btũs Jacob⁹ de tudecto dicebat. Amore diuino amore. amore che nõ sey amato amore la tua amicitia e piena di delicia nõ cade may in tristicia lo cor chi te ha assagiato. Terciũ dubiũ fuit que sunt illa q̃ nos incitant vt diligam⁹ deum sup oia: et licz sint multa tñ nos dicemus de quinq̃.

¶ Primũ est scriptura.
¶ Secundũ est factura.
¶ Tercium creatura.
¶ Quartum gratia.
¶ Quintũ amicitia.

Primũ est ipa scriptura. vñ Deutro. vi. c. scribitur. Audi israel dñs deus tuus vnus est: diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: ex tota aia tua et ex tota fortitudine tua. Et eiusdẽ. xi. c. Ama dñm deũ tuũ. et Matt. xxij. Marci. xij. et Luce. x. Diliges dñm deũ tuũ ⁊ primum tuũ sicut teipm. In his duob⁹ ꝑceptis tota lex pendet et ꝓphete. Scdm qd̃ nos inducit vt diligamus deũ est factura qr ipse fecit nos. Si enim naturaliter amat filius patrẽ a q̃ habet ptẽ corpis sui: quanto magis amare debet deũ qui corpus ⁊ aiam fecit. Ideo sapiens Eccli. vij. c. ait. In tota aia tua dilige eũ qui te fecit. Nam si diligenter quis attendat quantũ est bñficium qd̃ illi deus tribuit duz corpus dedit vtiq̃ dignum amore censebit. Quot enim sunt membra in corpe tot dei beneficia inueniunt ⁊ magna. Et p minimo mẽbro plus debet hõ amare deũ q̃ament eum multi p cũctis bñficijs que ab eo receperunt Si quis enim amiserit oculũ: quantũ amaret eum qui sibi restitueret. Et si quis meruisset amittere eum: quantuz diligeret illũ qui sibi oculũ ꝓseruaret. Nõ minus ergo amandus est qui eũ ab initio dedit et datũ ꝓseruauit cũ sepenumero vtendo illo ꝓtra deũ eum amittere meruerit homo. Sic referre possum⁹ de singulis membris. Et si tantũ amandus est qui dedit corp⁹: quãto fortius qui dedit aiaz Clamant igitur oia que in hoie sunt a deo facta. Ama deũ. Clamant oculi: ama deum. Clamant aures: ama deum. Clamat lingua ama deũ. clamant dentes: ama deuz. clamant manus: ama deũ. clamant pedes: ama deum clamat ratio: ama deũ. clamat memoria: ama deum. clamat intellectus: ama deum. clamat voluntas: ama deuz: qr ab ipso sunt oia. Ob qd̃ Bernar. inquit. Valde oino mihi amandus est p quẽ sum: viuo et sapio. Terciuz qd̃ nos inducit vt diligamus deũ est ois creatura. ait enim de ꝗ Aug⁹. li. x. ꝓfessionũ. Celũ et

terra et omnia que in eis sunt:ecce vndiq; mi
hi dicunt vt te amem:nec cessant dicere omi-
bus vt sint inexcusabiles. Duplicitet dicunt
creature nobis vt deū amemus. vno mō oste
dendo eum dignissimū amore nr̄o. Bonitas
enī vniuersitatis creaturaꝝ ostendit creato-
rem esse optimū:et ideo amore dignissimum
Alio modo dicunt nobis vt amemus deū ex
hibendo nobis tot innumera bñficia. Nam
terra et fructus eius aqua ⁊ pisces mar⁊. Aer
et volucres celi. ignis ⁊ claritas solis. et splē
dor stellaꝝ ⁊ lune:et oīa alia que homini pre
stant:non cessant suo modo hoī dicere. Ama
deū:ama deū:ama deū:qui cuncta ad vsum
tuum ordinauit. Quartū qd̄ nos inducit vt
diligamus deuz est gratia scz nobis tributa:
cum deus ꝓ nobis incarnatus trigintatrib
annis cū omnib ꝓuersando pati ꝓ nobis vo
luit famē:sitim:frigus:calorē:et tandem sub-
iit iugū grauissime crucis in qua sanguinez
fundens morte preciosa genus humanū re-
demit. Nam si puerulū ipm in p̄sepio nasce-
tem inspicimus:audimus illū dicentē. amor
tuus o aīa facit me deū celi carne vestitū hoc
vili loco teneri. Si pannis inuolutū vel va-
gientem in cuna:aut herodis iram pegrinā-
do in vlnis matris fugientē miramur. Hor
et ipse rñdet. O aīa mea amor tuꝰ ad hec oīa
me cōpellit. Si singulos eius actus subtili-
ter meditamur omnes ab amore ardentissimo
emanare videmus. Quid plura vincula:spu
ta:ludibria:verbera:ꝓtumelie: derisiones: fla
gella:corona spinea:crux:clauī:spongia: lan
cea:nōne suo modo sonū faciunt amoris. O
insensibilis rōnalis creatura. O mens ferrea
omni adamante durior. O deniq; ingratissi
ma aīa quā nō inflāmant nō adurunt christi
Iesu amoris incendia. ꝓpter hec oīa Bernar-
dus in li. de diligendo deū ait. Quid retribu
am dño ꝓ omnib que retribuit mihi. in pri-
mo ope me mihi dedit:in scdo se:et vbi se de-
dit me mihi reddidit:datus ergo ⁊ redditus
me ꝓ me debeo et bis debeo. Quid deo retri-
buam ꝓ se:nam etiaz si me milies rependere
possem quid sum ego ad dñm. Et idez super
Can. Sup oīa reddit te mihi amabilē bone
Iesu calix quē bibisti:opus redemptōnis nr̄e
hoc amorē nr̄m facile vendicat:totū sibi hoc
inquam est qd̄ nostrā deuotionē et blandius
allicit ⁊ iustius exigit et artius stringit ⁊ affi
cit vehementiꝰ. Et iterū in sermonib Bern.
dicit. O duri ⁊ indurati filij adam quos nō
emollit tanta benignitas tanta flāma tam in
gens ardor amoris tam vehemens amator:
qui ꝓ vilib sarcinulis tam p̄ciosas merces
expendit. Quintū qd̄ nos incitat ad amorez
dei dr̄ amicitia. de solo quippe deo certi esse
valemus:et si eum diligimus nobis sit fide-
lis ⁊ verus amicus. Alij vero amici inueni-
untur tripliciter infideles. Primo qz aliquā-
do nō amant licz amenk sed nō sic est de deo:
qui Prouer. viij. c. ait. Ego diligentes me di
ligo. et de hoc xp̄s dixit Joh. xiiij. c. Qui di
ligit me diliget a pre meo:et ego diligā eum.
Secdo qz multi sunt amici tpe ꝓsperitatis et
in aduersitate deficiūt: ideo sapiēs Ecci. vi.
c. ait. est amicus fm tpus suū:et nō pmanebit
in tpe tribulatōis. Sed non sic est in deo de
quo dicitur in ps. Juxta est dñs bis qui tri-
bulato sunt corde. et q̄uis amicos suos ⁊ eo
rum vtilitatē flagellari sepe pmittat: illos nū
q̄ deserit quos in tribulatōe ꝓfortat. Tercio
pleriq; amant amicos dū viuūt sed in morte
inimici efficiunk:mortuos expoliantes et bo
na eoꝝ pauperib dispensanda tanq̄ lupi ra
pientes. Sed deus spm̄ a corpe exeuntez ad
se suscipit:illūq; delitijs ac diuitijs eterne vi-
te facit participē. Considerans oīa supradi-
cta beatus laurentius patriaz scz hispaniā et
parētes reliquit:terrena oīa calcauit spreuit
q̄ hereditatē:cū filius fuissz vt aiunt nobilis-
simi ducis:atq; beatū sixtū papā secutus ro-
mam vsq; peuenit:ibi a btō sixto factus est ar
chidiaconus:q̄ tanto fidei zelo ductus fuit:
vt nec comminatōnes nec verbera dura nec
ignis incendiū horreret. Ideo ambro. in ser
mone sic scripsit de illo. ardebat extrinsecus
martyr laurentius tyranni seuientis incen-
dijs sed maior illum intrinsecus christi amo
ris flamma torrebat.

Qualiter beatus laurentius ꝓbatus fuit
igne ꝓximalis miseratōis:et an possit elemo
syna dari absq; charitate:et si fieri pt̄ de illici
te acquisitis:et quō pt̄ causare spiritualē effe-
ctum. Capitulum. ij.

Secundus ignis quo examinatus est et
ꝓbatus inuentus absq; crimine beatus
laurentius dicitur ꝓximalis miseratōis:naz
ad ꝓximos misericors fuit:quib thesauros
ecclesie dispensauit:nam vt recitat in legen-
da. Tpe beati sixti philippus impator: et filī
us suus noie philippus fidē christi recepant:
et ecclesiā sublimare plurimū intendebāt. Re
gnauit aūt iste philippus anno millesimo ab
vrbe cōdita: vt millesimus rome annus xp̄o
potius q̄ idolis dicarek:qui annus millesi-
mus fuit a romanis cū ingenti ludoꝝ et spe
taculorum apparatu celebratus. Erat aūt cū
philippo impatore miles quidā noie decius:
quē misit in galliā vt eam rebellantez impio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

romano subiugaret. Qui pgens cum exercitu pspere cūcta gesit: victorq; ad vrbē redibat. audiens impator eius aduentū honorare eū volens eidē a roma vsq; ad veronā obuius iuit: nec videri debz cuicq; durū hoc qd dicit de verona: qsi vellet eam nouā fore ciuitatem: qm vt in cronica ricobaldi scribitur tpe tarquinij prisci quinti regis romanorū: condite fuerūt in italia gallie vrbes scz mediolanū brixia verona vincentia. Decius igit ambitōe impij papilionē impatoris latenter introiuit z dormientē dm iugulauit. attraxit aūt exercitū z illos qui cū impatore venerant pce pcio z muneribz: atq; cū eis ad vrbez gradu cito pperauit. audiēs hoc philippus iunior vehementer extimuit: et totū thesaurū pris z suū beato sixto z sancto laurentio commendauit vt si ipm a decio interfici pctingeret thesaurū ipm ecclesiq z paupibz erogarēt nec te moueat q thesauri qs laurentius dispensauit: nō dicunt thesauri impatoris sz ecclesie qz potuit esse q cum ipis thesauris philippi aliquē etiā thesaurū ecclesie dispensauit Vel forte ideo dicunt thesauri ecclesie quia philippus eos reliquerat ecclesijs dispensandos. Senatus ergo obuiam decio pcessit et ipm in imperiuz pfirmauit: ne vero pditorie sz zelo idolatrie dm suū occidisse videretur christianos cepit crudelissime persequi adeo vt multi martyrio coronarent inter quos etiam philippus iunior annumeratus fuit: post hoc oblatus est decio btus sixtus tanq; qui xpm coleret z impatoris thesauros haberet: tūc decius in carcere recipi ipm iussit donec p illata tormēta z thesauros pderet z christū negaret. btus aūt laurentius ipm psequens post eū clamabat: quo pgrederis sine filio pater: quo sacerdos sancte sine ministro pperas. Tu nunq; sine ministro sacrificiū offerre cōsueueras. Quid in me displicuit paternitati tue: nūquid degenerē me pbasti: experire certe vtrū idoneū ministrū elegeris cui pmisisti dñici sanguinis dispensationē. Cui beatus sixtus dixit: nō ego te desero fili neq; te derelinquo: sz maiora tibi debent p fide xpi certamina: nos quasi senes leuioris pugne cursuz recipimus: te aūt quasi iuuenē manet gloriosior de tiranno triūphus. post triduū me seqris sacerdotē leuita. deditq; ei oēs thesauros pcipiens vt ecclesijs et paupibz erogaret. qui christianos diligenter die ac nocte quesiuit et vnicuiq; put opus fuerat ministrauit oēs q; paupibz dispensauit ideo ecclesia cantat de eo id psalmiste qd ponit. ij. ad Corinth. ix. dispersit dedit pauperibz iusticia eius manet in seculū seculi. Que verba ponderanda sunt dispersit enī dicit qz pluribz condiuisit. et nō vni: dispersit z nō auare retinuit: dedit et nō vendidit dedit libere sine spe mercedis lucri cōmodi aut obsequij tpalis dedit non dandū post mortē dereliquit paupibz scz xpi nō parētibz nō diuitibz: ideo iusticia eius manet in seculū seculi: qz merces iusticie eius est eterna: vt exponit nicolaus de lira. Sz quia hoc loco elemosyna beati laurentij tam sublimiter magnificatur libet tria de ipsa dubia disputare.

Primum vtrum elemosynam dare sit actus charitatis.

Secundum vtruz elemosyna fieri possit de illicite acquisitis.

Tercium vtrum elemosyna corporalis habeat spiritualem effectum.

Ad primū dubiū posset quis dicere arguendo. Q actus charitatis nō pt esse sine charitate: sz largitio elemosynaz pt esse sine charitate: igit nō erit actus charitatis. nam. i. ad Corinth. xiij. c. apls dixit. Si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas charitatem aūt nō habuero nihil mihi pdest. Ad h rndet tho. ka ke. q. xxxij. Q aliquid dicit esse actus virtutis dupliciter: vno modo materialiter sicut actus iusticie est facere iusta: et talis actus pt esse sine virtute: nā multi nō habentes habitum iusticie opantur iusta: vel ex naturali rōne: vl ex timore: vel ex spe aliquid adipiscēdi. Alio modo dr aliquid esse actus virtutis formaliter sicut actus iusticie est actio iusta eo modo quo iustus facit sz prompte et delectabiliter. Et hoc modo actus virtutis nō est sine virtute. Fm hoc ergo dare elemosynā materialiter pt esse sine charitate. dare vero elemosynā formaliter id est pter deū delectabiliter z pmpte et omni eo modo quo delectet: nō est sine charitate: elemosyna quidez est opus quo datur aliquid indigenti ex cōpassione pter deū. Scōm dubiū fuit vtrū elemosyna fieri possit de illicite acquisitis. Ad hoc rndet Tho. vbi. s. q aliquid pt dici tripliciter illicite acquisitum. Uno modo illud qd illicite ab alio accipitur et debet ei: nec pt ab eo qui accipit retineri: sicut pctingit in rapina furto z vsuris z de talibz cū homo teneatur ad restitutōz elemosyna fieri nō pt. Secundo modo est aliquid illicite acquisitū: qz ille qui acquisiuit retinere nō pt: nec tn debet ei a quo acquisiuit sz qz pctra iusticiā accepit et alter pctra iusticiā dedit. Sicut cōtingit in symonia in qua dans z accipiens pctra iusticiam legis diuine agit; vnde non debet fieri

restitutio ei qui dedit. Sed debet in elemosynas erogari: et eadez ratio est in similibus in quibz scilicz datio z acceptio est cōtra legem.

Tercio modo est aliquid illicite acquisitū nō quidē qz ipsa acquisitio sit illicita: sz quia id ex quo acquiritur est illicitū. Sicut patet de eo qd mulier acquirit p meritriciū et hoc ꝓprie vocatur turpe lucrū. Quia enī mulier meretriciū exercet turpiter agit z contra legē dei. Sed in eo q̄ accipit non iniuste agit nec cōtra legem vnde licite retineri p̄t et de eo elemosina fieri: nō tm̄ fit de tali lucro oblatio ad altare. iuxta illō Deutro. xxiiij. c. nō offeres mercedē ꝓstibuli in domū dei tui: tum ꝓpter scandalū: tum ꝓpter sacroz reuerentiā. Tercium dubium fuit vtrum elemosyna corporalis habeat spiritualē effectum. et arguitur q̄ nō. Nam effectus non est potior sua causa. Sed bona spiritualia sunt potiora corporalibus: nō ergo elemosyna corpalis habet spiritualem effectum. Scdo multiplicata causa multiplicatur effectus. Si ergo elemosyna corpalis causaret spiritualem effectum: sequeretur q̄ maior elemosyna magis spiritualiter ꝓficeret. Quod est cōtra id quod saluator dixit Luce. xxi. c. de vidua ponente duo era in gazophilatiū. Rndet tho. vbi. s. q̄ elemosyna corporalis p̄t tripliciter considerari. Uno modo fm suam substantiam z fm hoc non habet nisi corporalē effectum inquantū scz supplet corporales defectus proximoz. Alio modo potest considerari ex parte causē eius inquantū scz aliquis elemosynā dat ꝓpter dilectionē dei et ꝓximi. Et quantum ad hoc affert fructum spiritualez: vnde sapiens Eccī. xxix. c. ait. Elemosyna viri gratiaz hominis quasi pupillam cōseruabit. Tercio potest cōsiderari ex parte illius cui datur: et sic habet spiritualē effectum inquantū scz ꝓximus cui per corporalem elemosynā subuenitur mouetur ad oranduz ꝓ benefactore. Ad primum itaq̄ argumentū dicendū q̄ ratio illa ꝓcedit de corpali elemosyna fm substantiam. Ad secunduz vero dicitur q̄ vidua que minus dedit fm quantitatez plus dedit fm suam ꝓportionem: ex quo pensatur in ipa maior charitatis affectus. ex qua charitate elemosyna corporalis spiritualē efficaciam habet. Igitur btūs laurentius ex hoc maxime cōmendatur quia totus charitate succensus thesauros pauperib dispensauit. Nec obstat quia sui nō erant quos si voluisset potuisset ꝓ se retinere: cum etiam si semper illos possedisset: adhuc distribuisset pauperibus ꝓpter diuinum amorem.

Qualiter beatus laurentius examinatus est igne tirannice ꝓsecutōnis et de gratia cōstantia et gloria beati laurentij.

Capitulum. iij.

Tercius ignis quo examinatus est beatus laurentius: et non est inuenta in illo iniquitas impatientie: dicitur tirannice persecutionis: nam decius ꝓsecutus est eum vsq̄ ad mortem: quam ipse letanter pro christo suscepit: de hac tamen illius persecutōe considerare debemus tria.

Primo gratiam.

Secundo constantiam.

Tercio gloriam.

Primo consideremus gratiā quam deus contulit beato laurentio in miraculis faciendis z conuertendis gentilib. veniens nanq̄ ad domū cuiusdam vidue que multos christianos in domo sua absconderat: quam longus dolor capitis detinebat: imposita manu sup caput eius eam a dolore capitis liberauit z pauperū pedes lauans omnib elemosynam dedit. Eadē nocte in domo cuiusdaz christiani veniēs quendā cecum ibi reperit et facto signo crucis eum illuminauit: vñ ecclesia cantat de eo. Laurentius bonuz opus opatus est: qui ꝓ signū crucis cecos illuminauit. Cum autez beatus sixtus decio nollet consentire nec idolis immolare ipm decollari ꝓcepit accurrens aūt beatus laurentius post ipsum exclamabat: noli me derelinquere pater sancte qz thesauros tuos iam expendi: quos tradidisti mihi. Tunc milites audientes thesauros laurentiū tenuerunt. et perthemio tribuno tradiderūt. Ipse aūt decio eum ꝓsentauit. Qui tradidit eum Valeriano p̄fecto vt aut thesauros ꝓdat z sacrificet idolis: aut diuersis eum interire faciat suplicijs et tormentis. Valerianus aūt cuidam vicario noīe hipolito in custodiam eum tradidit quē ille cum multis alijs in carcere reclusit. Erat aūt ibi in custodia quidā gentilis noīe lucillus qui plorando lumen oculoz amiserat. Cui beatus laurentius lumen se restaurare ꝓmisit: si in christū crederet et sacrum baptismū susciperet: At ille se baptisare instantius postulauit. Accipiens ergo laurentius aquam dixit ei: omnia in confessione mundātur. Cunq̄ illum de articulis fidei interrogasset diligenter. Et ille omnia se credere confessus fuisset: aquam sup eius caput effudit et ipsum in christi noīe baptisauit. Statim qui cecus fuerat lumē recepit. Quapropter multi ad eū ceci veniebāt: z ab eo illuminati redibant. Interrogatus ab hipolito de thesauris

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ita respondit q ipm ad fidem cõuertit ⁊ cum omni familia baptizauit. Secundo cõsidere mus beati laurentij constantiam quã habuit in tormentis: post omnia quidem supradicta mandauit valerianus ad hypolitum vt laurentiũ presentaret. cui laurentius ait. ambulemus pariter quia mihi et tibi gloria p̃paratur. ad tribunal igitur ambo veniunt et fit iterum inquisitio de thesauris: laurẽtius autem triduo inducias petijt: quas valerianus eidem sub hypoliti pollicitatione cõcessit: in hoc triduo laurentius pauperes claudos cecos et alios collegit: et eos in palatio salustiano coram decio presentauit dicens. Ecce isti sunt thesauri eterni qui nunq̃ minuuntur sed crescunt: qui in singulis dispergunt ⁊ in omnibus inueniunt. horum enĩ manus thesauros in celum deportauerunt. Valerianus presente decio dixit. Quid variaris per multa: iam nunc sacrifica et magicam artem depone. Cui laurentij. Quis debet adorari qui factus est an qui fecit. Irat decius iussit eum scorpionibus cedi: ⁊ omne genus tormentorũ ante ipsum afferri: quem cum sacrificare iuberet et hec tormẽta euaderet. respõdit infelix: has epulas semper optaui. Tunc iubente decio nudus fustibꝫ cedi tur et ardentes lamine ad latera opponuntur Dixitq̃ laurentius. Domine iesu christe deus de deo miserere mihi seruo tuo quia accusatus nõ negaui: interrogatus te dominũ cõfessus sum. Dixitq̃ ei decius. scio q per artẽ magicam tormenta deludis: me tamen deludere nõ valebis. Jussitq̃ eum plumbatis durissime cedi: laurentius autem orauit dicens Domine iesu christe accipe spiritum meum: tũc audiẽte decio vox insonuit. Adhuc multa certamina tibi debentur. Tunc decius furore repletus dixit: viri romani audistis demones istum sacrilegum cõsolantes: qui nec deos colit nec tormẽta metuit: nec iratos p̃ncipes expauescit. Jussitq̃ iterũ eum scorpionibus cedi. Subridens autem laurentius gratias egit: et pro astantibus exorauit: eadẽ hora romanus in christum credidit. Reclusus post hec iterũ laurentius in custodia hypoliti: nocte sequenti laurentius ad decium adducitur. cui decius: aut inquit dijs sacrificabis aut nox ista in te cum suplicijs expendetur. Cui laurentius: mea nox obscurũ nõ habet: sed omnia in luce clarescunt. Dixitq̃ decius: afferatur lectus ferreus vt requiescat in eo cõtumax laurentius: ministri ergo eum ferentes super craticulam ferream extendũt et prunis suppositis cum cum furcis ferreis cõpresserunt. Dixitq̃ laurentius valeriano disce miser: quia carbones tui mihi refrigerium: tibi autem eternuz suplicium prestant: quia ipse dominus nouit q accusatus nõ negaui eũ: interrogatus christum p̃fessus sum assatus gratias ago: dixitq̃ hilari vultu ad decium. Ecce miser assasti vnam partez gira aliam et manduca. deinde subdidit. gratias ago tibi domine qr ianuas tuas ingredi merui: et sic spiritum emisit. Cõfusus decius cũ valeriano ambulauit in palatium tyberij relicto corpore super ignez. Quod hypolitus mane rapuit et cum iustino presbytero in agro verano cõditum aromatibus sepeliuit.

¶ Tercio cõsideremus gloriam quam assecutus est beatus laurentius post susceptum martyrium et illa que in celis est et nobis est inperscrutabilis obmissa tantum ad eam dirigamus mentem quã tribuit illi deus in sua ecclesia militante fecit quidem deus sanctuz suum martyrem multis miraculis coruscare de quibus pro deuotione nostra aliqua pauca narremus. Refert Gregorius turonensis Qꝝ dum quidam sacerdos quandam ecclesiam sancti laurentij repararet et trabes quedã nimium breuis esset: rogauit beatum laurentium vt qui pauperes fouerat sue inopie subueniret. Que subito sic excreuit vt pars non modica abundaret Quam partem sacerdos minutatim incidit et multas inde infirmitates sanabat Quidã insup p̃sbyter noie Santulus beati laurentij ecclesiam a longobardis incensam reparare volens artifices multos conduxit. Quadã autem vice dum quid eis apponeret nõ haberet p̃missa oratione respexit in clibanũ et ibidem candidissimũ panem inuenit. Sed cum vix ad vni⁹ prandij esum tribꝫ p̃sonis sufficere videret laurentij artifices suos nolens deficere sic predictum panem multiplicari fecit q in alimentum decem dierũ operarijs cunctis suffecit. Sunt et alia huius sancti miracula que causa breuitatis omittimus. igitur deuotõne qua possumus beatuz laurentiuz deprecemur vt sua intercessione nos dignos efficiat qua mediante peruenire valeamus ad illam gloriã sempiternam in qua ipse letatur cum domino iesu christo. Cui sit honor et gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo quinquagesimusquintus de sancto Augustino preclarissimo lumine ecclesie sancte dei.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf